Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35408
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

uobis ut i omnibus sp omnem sufficiencia habentes habundetis in omne opus bonum sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus. Sexto homo prepans se ad gratiam debet seruentem quesite cum magna diligencia vnde. i. pe. v. Hec enim est gratia si propter conscienciam dei sustinet quis tristicias patiens iniuste. Que enim est gratia si peccantes colaphizati suffertis. Et si bene facientes sufferatis. Hec est gratia apud deum. Sicut enim dura cera tangenti resistit. cera uero mollis cedit. Ita homo durus et in minimis passionibus a iniuriis resistit. et studet se uindicando. Homo uero minimis iniuriis cedit patienter sustinendo. et ob hoc sicut cera moll' facili suscipit figuras singuli sibi impressi. ita cor mite obedienter gratiam dei suscipit. Iuxta. pe. ps. Docebit mites uias suas. Septimo homo preparans se ad gratiam debet respuere ualenter prata diformia vnde. i. pe. i. Succincti lumbos mentis uestre sobrii et perfecti spare in ea que offertur vobis gratiam. Lumbos enim succingimur cum fluxum carnalem cupiditatum temperare restinemur. Sic malas tentaciones carnis respuentes simus temperati et modesti et mente et carne Ru-

bos enim restingimur per mentis mundiciam. sobrii autem sumus per carnis continenciam. et sic cum hiis hemorroys custodiam. etiam perfecti et gratiam consequimur. Iuxta id. pu. Qui diligit cordis mundiciam propter gratiam labiorum habebit amicum regem. Quam amicitiam nobis concedat.

Gracia plena.

Primus dicendum est quod gracia hic vim efficacias quas in maria fecit et quod sit septem operaciones. quibus homo ad graciam se disponit. Nunc dicendum est quod gratia dulcissime virginis marie habet speciales dignitates ultra omnem gratiam angelicam et humanam. Est enim notandum quod in maria est gratia dignior ex di appropriacione vnde. Luc. v. Dixit ad eam angelus. Inuenisti gratiam apud deum. Hec gratia erat omnium gratiarum dignior propter uicinitatem et appropriacionem quod habuit ad deum. quia erat apud deum quem maria concepit. deum namque filium erat in marie uentre dicente angelo. Ecce concipies in utero et paries filium. Et erat gracia propior. s. in eius mente. Gracia impleuit uirginis mentem. deus impleuit mentem et uentrem. Quanto gratia propinquior deo. quanto maior apud deum quam gratia marie. quia fuit ple-